



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 9. Quinam auari Ecclesiastica bona inuadant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

158 Cap. VI. Diuitiarum cupiditate  
singulis, qui antea ostiatim victum queritabant,  
nunc viginti ad minimum, non modo idem vi-  
tæ genus sequantur, sed etiam, quod miserrime  
queritant, interdum vix inueniant. Hac  
Sanderus.

§. IX.

Quinam auari Ecclesiastica bona in-  
vadant?

Video, quām periculosa res sit, hīc epi-  
mythion addere. Nimis magnus est nume-  
rus humana diuinis, terram cælo anteferen-  
tium, & non iam, primū regnum cælorum  
querentium, sed rationi Status, ut vocant,  
omnia subijcientium. Apud quos, virtu post  
aurum, Ecclesia post marsupium sequitur;  
apud illos religio Reipublicæ, & quæ Dei  
sunt, Cæsar is, non quæ Cæsar is, Deo debent  
seruire. Nimirum atheorum hæc sunt prin-  
cipia, & eorum fundamenta, qui omnia  
pecuniæ caussa faciunt, & existimant, re-  
ligionem, ad terrores duntaxat populi, esse  
excogitatum. Cùm ergo religionem & res  
Ecclesiæ nihili faciant, magisque tempora-  
lia bona ament, quām æterna; facile res  
Deo dicatas suis vtilitatibus accommo-  
dant, atque honestatē omnē postponunt  
commoditati. Nemo ex his est, qui non ad-  
dit

Matth. 6.  
33.

Matth.  
22. 21.

dit super peccata sua blasphemiam, vt in Iobo dicitur, & prætextum inuenit, quasi Ecclesiastica libertas commodis sacerdotalium, & non potius hæc seruire debeant Ecclesiastica libertati. Contra hanc utilitatem tam noxiā quisquis, vel in curia consulit, vel in concione differit, vel in libris scribit, dicuntur seditionem excitare. Usque adeò impietas inualuit, vt etiam publica illius patrocinia suscipiantur, & pœnam timere debat, qui eam impugnat. Sed nondum eò progressi sunt Principes Catholici, quibus mens est generosa, & Deus charior, quam nummus, vt pecuniam conscientiæ posthabent. Illis ergo exemplum Henrici regis fidentissimè potest inculcari, qui tota ad se trahunt Christi patrimonia; qui nullum inter sacra & profana faciunt discrimen, immo à Dei seruis, plura exigunt, quam à sacerdotalibus; eosque sinunt famere, cùm ipsi quotidie ad vomitum usque epulentur; nec antè desistunt, quam eos migrare ac solum vertere compellant. His, inquam, exemplum regis Henrici sapienter est recensendum, vt intelligant, non modò viam ad pecunias non esse, per spolia Ecclesiarum; verum etiam opes certius non amitti, quam si

de

de patrimonio Christi, per varias artes ac  
prætextus, accumulentur. Nos Deo, non  
Deum nobis seruire oportet. Quare ne-  
que, vt nostræ fortunæ & thesauri augean-  
tur, minuenda sunt, quæ maiores ad ani-  
mæ suæ emolumenatum, Deo donauerunt.  
Illi dando Ecclesijs semper locupletiores  
effecti sunt, hic modus est perueniendi ad  
diuitias. Qui autem Ecclesijs, qui mona-  
steria, qui ædes sacras spoliauerunt; nequæ  
spolia retinuerunt, & insuper etiam, quæ  
antè habebant, perdiderunt. Quia, vt in-

Prou. 13. prouerbijs est, *Peccatores persequitur malum;*  
21. *& iustis retribuentur bona. Bonus relinquit*  
*heredes filios, & nepotes: & custoditur iusto sub-*  
*stantia peccatoris.*

## §. X.

*Causa complures, ob quas Deus auaros militi-  
duces sinit depauperari.*

Atque vt ad nostros mores veterum ex-  
emplia comparemus, nonnè quod olim sta-  
tum Imperij, in occidente, per barbaros  
euertit, id ipsum quoque nostra ætate fieri  
audimus, videmus, experimur? Non igitur  
mirandum est, si poenas similes infligi videa-  
mus, vbi paria sunt delicta, Vbi peccata-  
peccatis æquantur, debent etiam clades cla-  
dibus